UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum superbia sit initium omnis peccati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

litudinem radicis arboris, quæ ali- A mentum præſtat toti arbori. Videmus enim quòd per diuitias homo acquirit facultatem perpetrandi quodcumque peccatum, & adhibendi deſiderium cuiuſcunque peccati, eo quòd ad habenda quæcunque temporalia bona, poteſt hō per pecuniam iuuari, ſecundū quòd dicitur Eccleſ. 10. Pecuniæ obediunt oīa. Et ſecundū hoc patet, ꝙ cupiditas diuitiarum d eſt radix omnium peccatorum.

Ad primum ergo dicendum, B quòd non ab eodem oritur uirtus & peccatum. Oritur enim peccatum ex appetitu commutabilis boni: & ideo appetitus illius boni, quod iuuat ad conſequenda omnia temporalia bona, radix peccatorum dicitur. Virtus autem oritur ex appetitu incōmutabilis boni: & ideo charitas, quæ eſt amor Dei, ponitur radix uirtutum, ſecūdum illud Epheſ. 3. In charitate radicati & fundati.

Ad secundum dicendū, ꝙ appetitus pecuniarū dr̄ eſſe radix peccatorum, non quidem quia diuitiæ propter ſe quęrantur tanquàm ultimus finis; ſed quia C multum quæruntur, ut utiles ad omnem temporalē finem. Et quia uniuerſale bonum eſt appetibilius, quàm aliquod particulare bonum; ideo magis mouet appetitum, quàm quędam bona ſingularia, quæ ſimul cum multis aliis per pecuniam haberi poſſunt.

Ad tertium dicendum, quòd ſicut in rebus naturalibus non d quæritur quid ſemper fiat, ſed quid in pluribus accidit, eo quod natura corruptibilium rerum impediri poteſt, ut non ſemper eodem modo operetur; ita etiam in moralibus conſideratur quod ut in pluribus eſt, non autem quod ſemper eſt, eo ꝙ uoluntas non ex neceſſitate operatur. Non igitur dicitur auaritia radix omnium malorum, quin interdum aliquod aliud malum ſit radix eius; ſed quia ex D ipſa frequentius alia mala oriuntur, ratione p̄dicta. *

ARTICVLVS. II.

Vtrum ſuperbia ſit initium omnis peccati.

AD secundum ſic proceditur. Videtur, quòd ſuperbia non ſit initium omnis peccati. Radix. n. eſt quoddam principium arboris, & ita uidetur idem eſſe radix & initium peccati: ſed cupiditas eſt radix omnis peccati, ut dictum eſt. ergo ipſa etiam eſt initiū omnis peccati, non aūt ſuperbia.

¶2 Præt. Eccle. 10. dicitur, Initium ſuperbiæ hominis eſt apoſtatare à Deo; ſed apoſtaſia à Deo, eſt quoddam peccatū. ergo aliquod peccatū eſt initium ſuperbię. ergo & ipſa non eſt initium omnis peccati.

¶3 Pręt. Illud uidetur eſſe initium omnis peccati, quod facit omnia peccata: ſed hoc eſt inordinatus amor ſui, qui facit ciuitatem Babylonis, ut Auguſt. dicit in 14. de ciuit. Dei. * ergo amor ſui eſt initium omnis peccati, non autem ſuperbia.

Sed contra eſt, quod dr̄ Eccl. 10. Initiū oīs peccati ſuperbia.

Respon. Dicendum, ꝙ quidā dicunt ſuperbiam dici tripliciter. Vno modo, ſecundum quod ſuperbia ſignificat inordinatum appetitum propriæ excellentiæ, & ſic eſt ſpeciale peccatū. Alio mō, ſecundum quod importat quen- B dam actualem cōtemptum Dei quantum ad hunc effectum, qui eſt non ſubdi eius præcepto, & ſic dicunt quod eſt generale peccatum. Tertio modo, ſecundum quod importat quandam inclinationem ad huiuſmodi contemptum ex corruptione naturæ, & ſic dicunt quod eſt initiū omnis peccati. Et differt a cupiditate, quia cupiditas reſpicit peccatum ex parte conuerſionis ad bonum commutabile, ex quo peccatum quodammodo nutritur & fouetur, & propter hoc cupi- C ditas dr̄ radix: ſed ſuperbia reſpicit peccatum ex parte auerſionis a Deo, cuius præcepto homo ſubdi recuſat, & ideo uocatur initium, quia ex parte auerſionis incipit ratio mali. Et hęc quidē quamuis uera ſint, tamen non ſunt ſecundum intentionem Sapientis, qui dicit. Initium omnis peccati eſt ſuperbia. Manifeſte. n. loquitur de ſuperbia, ſecundum quod eſt inordinatus appetitus propriæ excellentiæ, ut patet per hoc quod ſubdit. Sedes ducum D ſuperborum deſtruxit Deus: & de hac materia loquitur ibi fere in toto capitulo. Et ideo dicendū eſt, ꝙ ſuperbia etiam ſecundum quod eſt ſpeciale peccatum, eſt d initium omnis peccati. Conſiderandum eſt. n. ꝙ in actibus uolūtariis, cuiuſmodi ſunt pctā, duplex ordo inuenitur, ſ. intentionis, & executionis. In primo quidem ordine hēt rationem prin- E cipii & finis, ut ſupra multoties dictum eſt. * Finis aūt in omnibus bonis temporalibus acquirēdis, eſt ut hō per illa quandam perfectionem ſingularem, & excellentiam hēat: & ideo ex hac parte ſuperbia q̄ eſt appetitus excellentiæ, ponitur initium oīs peccati. Sed ex parte executionis eſt primū id, qđ præbet opportunitatē adimplendi oīa deſideria peccati, qđ hēt rōnem radicis, ſ. diuitiæ; & ideo ex hac parte auaritia ponitur eſſe radix omnium malorum, ut dictū eſt. * Et per hoc patet reſpōſio ad Primum.

---

ut retineat, ſed quandoque ut det, ut patet in male congregantibus, ut ſoluant militibus, uel meretricibus &c. unde non eſt iudicanda cupiditas ex retentione, ut argumentum credidit, ſed ex poſſeſſionis inordinatione, quæ licet in hoc, uel illo ordinetur ad uitandum multa mala, ut experientia docet in quibuſdam, iuxta illud Eccle. Homo, cuius Deus &c. quantum tamen eſt ex ſe, apta nata eſt nutrire omnia mala: & propterea dicta eſt radix omniū malorum ſecundum ſe. Quomodo autem cupiditas ſit uitium capitale, alia quæſtio eſt, & ex fine penſabitur.

¶ Super Quæſtionis octuageſimaquartę Articulū ſecūdum.

IN articu. 2. 84. quæſtio. dubium occurrit ex Durando conueniente cum Scoto, in 6. diſtinct. ſecundi ad primum in hoc, quod ſuperbia initium omnis peccati, non eſt ſpeciale peccatum, ut litera dicit. Sed de Scoto in prima parte, cum de peccato angelorum eſſet quæſtio, ſermo habitus eſt. Nunc Durandi motiuum & contra quæſtionem, & contra reſponſionem ad tertium, qua dicitur quòd ad idem pertinet, quòd ponatur initium omnis peccati ſuperbia, & amor proprius in 2. ſent. diſt. 10. contra quæſtionem arguit: quia nec appetitus turpium delectationū in rebus bellicis ex ſuperbia oritur. Probatur, quia ex ſuperbia illa ſola oriuntur uitia, quæ circa promouentia, uel impendientia propriam excellentiam ſunt, neutrum horum eſt huiuſmodi. ergo. c. 28. & ulti tom. 5.

¶ Contra reſponſionem uero ad tertium arguit, quia inordinatus amor ſui, & inordinatus amor propriæ excellentiæ, ſe habent ut magis commune, & minus commune, ut patet. & ille utpote communiſſimus, eſt initium omnis peccati: iſte utpote particularis, non. unde ſophiſma conſequentis eſt ab illo ad iſtum procedere, quod ſi ille eſt initium peccati omnis, quod iſte etiam ſit initium peccati omnis.

¶ Ad utranque obiectionem ex eodē fundamento literæ, reſpondendum eſt, ex hoc. ſ. quod ſupbia initium omnis peccati dr̄ ſecundū ordinem intentionis ex parte, ſ. finis, quia obiectū ſuum eſt finis omnium bonorum commutabilium, ad quæ alia uitia conuertuntur. Ex hoc namque dicitur primo, quod intemperantia, & timiditas oriūtur ex ſuperbia, & ꝙ tam bonum delectabile, D. 533. ad quod conuertit intēperatus, quam bonum euaſionis ad quod conuertit timidus, cum bonū quoddam ſit, natum eſt apparere, ut conferens ad propriam excellentiam. Dicitur ſecundo, quod q. 1. ar. 1. ad 1. & a. 3. ad 2. & q. 20. ar. 1. ad 2. & q. 57. art. 4. & q. 65 ar. 1. licet totū & pars nō ſint idem, æquiualent tamen quo ad aliquid, totū, & prima pars uirtualiter extenſa ad reliquas, ut patet de toto corpore, & corde reſpectu motus: ac per hoc amor ſui, ut totum, & amor ꝓpriæ excellentię, ut prima pars, quia eſt reſpectu finis cęterorum, recte ponitur ar. pręced. initium omnis peccati ex eadem parte,

te,& unũ inferre reliquum abſque ullo ſolpihmate. In litera tamen nec identitas nec conuertibilitas habetur, ſed ſolum quod ad idem pertinet: quia ſecundũ eſt pars primi, ſi tamen diceretur, recte diceretur, ut oſtenſum eſt. Et hinc habere potes, ꝙ in prima parte dictum eſt, quod primum bonum cõcupitum, eſt propria excellentia, tanquam cæterorum finis; ac per hoc primum peccatum eſt ſuperbia. unde Euæ propoſitum primo eſt, Eritis ſicut Dii. Et per hæc patet ſolutio obiectorũ omnium, quæ ſuperius a me quàm breuiſſime potui, tacta fuere. Quę an ſufficienter à me ſoluta fuerint, lectoris iudicio relinquatur, qui ſi recte omnia penſitauerit, profecto uidebit mę nihil, quod ad materiam attinet, neceſſarium indiſcuſſum reliquiſſe. ideo amplius circa iſtam materiam non inſiſtum.

Inf. a. 4. & locis ibi citatis.

¶ *Super Quæſtionis octuageſimaquarta Articulũ tertium, & quartum.*

IN articulis tertio, & quarto eiuſdem octuageſimæquartę quęſtionis nihil aliud occurrit ſcribẽdum, niſi reddere te attentum, quod aliud eſt loqui de ſufficientia uitiorum abſolute, & aliud de ſufficientia uitiorum capitalium: hoc enim hic quæritur, non illud. Et ut in reſponſione ad quintum in litera dicitur, non oporret hanc capitalium ſufficientiam ſic intelligere, quin aliquod peccatum poſſit a nullo horum oriri, ſed quia frequentius ex aliquo horum oritur.

ex. 38. to. 2.

F Ad ſecundum ergo dicendũ, quòd apoſtatare a Deo dr̃ eſſe initium ſuperbię ex parte auerſionis. Ex hoc enim, quod hõ non uult ſubdi Deo, ſequitur quòd inordinate uelit propriam excellentiam in rebus temporalibus: & ſic apoſtaſia a Deo non ſumitur ibi quaſi ſpeciale peccatum, ſed magis ut quædam conditio generalis omnis peccati, quæ eſt auerſio ab incommutabili bono. Vel poteſt dici, quod apoſtatare a Deo dicitur eſſe initium ſuperbiæ, quia eſt prima ſuper- G bię ſpecies. Ad ſuperbiam enim pertinet cuique ſuperiori nolle ſubijci, & præcipue nolle ſubdi Deo, ex quo contingit quod homo ſupra ſeipſum indebite extollatur quantum ad alias ſuperbiæ ſpecies.

Ad tertium dicẽdum, quod in hoc homo ſe amat, quod ſui excellentiam uult. Idem enim eſt ſe amare, quod ſibi uelle bonum; unde ad idem pertinet, quod ponatur initium omnis H peccati ſuperbia, uel amor proprius.

Articulus III.

Vtrum præter ſuperbiam, & auaritiam, ſint alia peccata ſpecialia, quæ dici debeant capitalia.

AD tertium ſic procedit. Vr̃, ꝙ pręter ſuperbiam, & auaritiam, nõ ſint quędam alia peccata ſpecialia, quæ dicantur capitalia. Ita enim ſe ui I detur habere caput ad animalia, ſicut radix ad plantas, ut dr̃ in ſecundo de Anima.* nam radices ſunt ori ſimiles. ſi igitur cupiditas dr̃ radix omnium malorum, uidetur quod ipſa ſola debeat dici uitium capitale, & nullum aliud peccatum.

¶ 2 Præt. Caput habet quendam ordinem ad alia membra, inquãtum a capite in omnia membra diffunditur quodammodo ſenſus, & motus; ſed peccatum dici K tur per priuationem ordinis. ergo peccatum non habet rationem capitis, & ita non debent poni aliqua capitalia peccata.

¶ 3 Pręter. Capitalia crimina dicuntur, quæ capite plectuntur: ſed tali pęna puniũtur quædam peccata in ſingulis generibus. ergo uitia capitalia non ſunt aliqua determinata ſecundum ſpeciem.

Sed contra eſt, quod Gregorius trigeſimo primo Moral.* enumerat quædam ſpecialia uitia, quę dicit eſſe capitalia,

Cap. 31.

Respon. Dicendum, quòd capitale dicitur a F capite. Caput autem proprie quidem eſt quod[...] membrum animalis, quod eſt principium & d[...] ctiuum totius animalis. Vnde metaphorice o[...] principium directiuum, caput uocatur: & etiam [...] mines; qui alios dirigunt & gubernant, capita [...] rum eſſe dicuntur. Dicitur ergo uitium capitale [...] modo à capite proprie dicto, & ſecundum hoc pe[...] tum capitale dicitur peccatum, quod capitis pœn[...] nitur: ſed ſic nunc nõ intendimus de capitalibus p[...] catis, ſed ſecundum quod alio modo dicitur pe[...] tum capitale, prout metaphorice ſignat princip[...] uel directiuum aliorum. Et ſic dicitur uitium ca[...] le, ex quo alia uitia oriuntur, & præcipue ſecund[...] originem cauſæ finalis, quæ eſt formalis origo, u[...] G pra dictum eſt: * & ideo uitium capitale non ſo[...] eſt principium aliorum, ſed etiam eſt directiuu[...] quodammodo ductiuum aliorum. Semper enim [...] vel habitus, ad quem pertinet finis, principatur, & [...] perat circa ea quę ſunt ad finem. Vnde Gregoriu[...] geſimo primo Moralium * huiuſmodi uitia capi[...] ducibus exercituum cemparat.

Ad primum ergo dicendum, quòd capital[...] citur denominatiue à capite, quod quidem e[...] quandam deriuationem, uel participationem c[...] tis: ſicut habens aliquam proprietatem capitis, [...] non ſicut ſimpliciter caput. Et ideo capitalia uiti[...] cuntur non ſolum illa, quæ habent rationem pri[...] H originis, ſicut auaritia, quę dicitur radix, & ſupe[...] quę dicitur initium: ſed etiam illa, quæ haben[...] tionem originis propinquæ reſpectu plurium pe[...] torum.

Ad secundum dicendum, quòd peccatum [...] ordine ex parte auerſionis: ex hac enim parte [...] rationem mali. Malum autem ſecundum Augu[...] in libro* de natura boni, eſt priuatio modi, ſpeci[...] ordinis: ſed ex parte conuerſionis reſpicit quod[...] bonum & ideo ex hac parte dicitur habere ord[...]

Ad tertium dicendum, quòd illa ratio p[...] dit de capitali peccato, ſecundum quod dicitu[...] tu pęnæ: ſic autem hic non loquimur.

Articulus IIII.

Vtrum conuenienter dicantur ſeptem uitia capital[...]

AD quartum ſic proceditur. Videtur quòd [...] ſit dicendum, ſeptem eſſe uitia capitalia, quæ [...] inanis gloria, inuidia, ira, auaritia, triſtitia, gu[...] xuria. Peccata enim uirtutibus opponuntur: [...] tes autem principales ſunt quatuor, ut ſupra di[...] eſt.* ergo & uitia principalia, ſiue capitalia no[...] niſi quatuor.

¶ 2 Præt. Paſſiones animæ ſunt quædã cauſę p[...] ti, ut ſupra dictum eſt: * ſed paſſiones animæ p[...] pales ſunt quatuor: de quarum duabus nulla fit [...] tio inter prædicta peccata, ſcilicet de ſpe, & ti[...] enumerantur autem aliqua uitia, ad quæ perti[...] lectatio, & triſtitia: nam delectatio pertinet ad gu[...] & luxuriam: triſtitia uero ad accidiam, & inu[...] ergo incõuenienter enumerãtur principalia pec[...]

¶ 3 Præt. Ira non eſt principalis paſſio. non eg[...] buit poni inter principalia uitia.

¶ 4 Præt. Sicut cupiditas, ſiue auaritia eſt radix pe[...] ti, ita ſuperbia eſt peccati initium, ut ſupra dictum [...] * ſed auaritia ponitur unum de ſeptem uitiis ca[...] bus. ergo ſupbia inter uitia capitalia enumerãd[...]

¶ 5 Præt. Quædam peccata committuntur, qu[...] nullo horum cauſari poſſunt, ſicut cum aliquis [...] ex ig[...]